



Oratio
De Venerabili Sacramento.

OREMUS

DEus, qui nobis ſub Sacraménto mirábili, paſſionis tuæ memòriam reliquíſti: tribue quæſumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui ſacra mỹſtéria venerári: ut redemptiônis tuæ fructum in nobis júgiter ſentiâmus. Qui vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Oratio.

Quæ dicitur à veſperis Sabbati ante Dominicam primam Adventûs uſque ad Purificationem incluſive.

OREMUS.

GRátiam tuam quæ-ſumus Dómine mén-tibus noſtris infúnde: ut, qui angelo nuntiánte, Chriſti Fílii tui incarnatiônem cognovimũ, per Paſsiônem ejus & Crucem, ad reſurrectiônis gloriam per-ducámur. Per eumdem Chriſ-tum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Oratio

Quæ dicitur à primis veſperis nativitatis, & deinceps.

OREMUS.

DEus, qui ſalûtis ætérnæ, beátæ Máriæ virginitâte fœcúnda, humáno géneri præmia præſtitíſti: tribue quæſumũ: ut ipſam pro nobis intercédere ſentiâmus, per quam meruímus auctôrem vitæ ſuſcipere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. ℟. Amen.

Oratio

Quæ dicitur poſt purificationem, id eſt, à fine Completorii illius diei inclusivè, uſque ad feriam quintam in cœna Domini exclusivè.

OREMUS.

COncêde miſéricors Deus fragilitáti noſtræ præſidium: ut qui ſanctæ Dei genitrícis memôriam ágimus, interceſſiônis ejus auxilio à noſtris iniquitátibus reſurgámus. Per eúmdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟ Amen

Oratio.

Quæ dicitur à Completorio Sabbati ſanèti uſque ad nonam Sabbati poſt Pentecoſten inclusivè.

OREMUS

Eus, qui per reſurrectiònem Filii tui Dómini noſtri Jeſu Chriſti, mundum lætificâre dignàtus es: præſta quæſumus, ut per ejus genitricem Virginem Mariam, perpétuæ capiàmus gáudia vitæ. Per eúndem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Oratio.

Quæ dicitur à primis vesperis Festi Trinitatis usque ad nonam Sabbati antè adventum.

OREMUS



Mnípotens sempitérne Deus, qui gloriósæ virginis matris Mariæ corpus & ánimam, ut dignum Filii tui habitáculum éffici mererêtur, Spiritu sancto cooperánte præparásti: da, ut cujus commemoratiône lætâmur, ejus pia intercessione ab in-

Post Litanias dicitur alta voce Pater noster.
℣ Et ne nos inducas in tentatiònem. ℟ sed libera.

SUb tuum præsidium confùgimus, sancta Dei Génitrix, nostras deprecatiònes ne despicias in necessitátibus nostris: sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriósa & benedicta Dómina nostra, Mediatrix nostra, Advòcata nostra tuo Filio nos recónciliatuo Filio nos commendatuo Filio nos repræsénta.

Tempore Paschali additur:

Alleluia.

℣ Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.
℟ [illegible]

OREMUS.

GRátiam tuam quæsumus Dómine mentibus nostris infunde: ut qui Angelo nuntiánte, Christi Filii tui incarnatiónem cognóvimus; per Passiónem ejus & Crucem, ad resurrectiónis gloriam perducámur. Per eumdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

In Adventù loco Gratiam &c.

Dicitur concede &c. Folio 4.

Oratio

Quæ dicitur in Festo

S. ANNÆ

Matris Mariæ.

OREMUS.

DEus, qui beatæ ANNÆ gratiam conférre dignàtus es, ut Genitricis unigéniti Filii tui Mater effici mererétur; concede propitius: ut cujus solemnia celebràmus, ejus apud te patrociniis adjuvemur.

Per éumdem Christum Dominum nostrum ℟ Amen.

Oratio

Dicenda in Festo

S. AUGUSTINI.

Episcopi & Ecclesiæ Doctoris.

OREMUS.

Désto supplicatiônibus nostris omnipotens Deus: & quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges; intercedente beato Augustino Confessóre tuo atque Pontifice, consuétæ misericordiæ tríbue benignus effectum. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oratio
Dicenda in Festo
S. Cæciliæ,
Virginis & Martyris.

OREMUS.

DEus, qui nos annua beatæ Cæciliæ Virginis & Martyris tuæ solemnitate lætificas: da, ut quam veneràmur officio, etiam piæ conversatiònis sequàmur exemplo. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Oratio
Dicenda in Festo
S. Catharinæ
Virginis & Martyris.

OREMUS

Eus, qui dedisti legem moysi in summitáte montis Sinai, & in eódem loco per sanctos angelos tuos corpus Beatæ Catharinæ Virginis & martyris tuæ mirabiliter collocasti: præsta quæsumus; ut ejus meritis & intercessióne, ad montem qui Christus est, pervenire valeamus. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum

Oratio.

DE IMMACULATA CONCEPTIONE
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS
Dicenda singulis mensibus

OREMUS



Famulis tuis quæsumus Dómine, cælestis gratiæ munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus salútis exordium, conceptiónis ejus votiva commemorátio, pacis tribuat incrementum. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Veni creator Spiritus.

vide fol. 24

Oratio

De Spiritu Sto

OREMUS.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritùs illuſtratione docuiſti: da nobis in eódem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatióne gaudère. Per Dóminum noſtrum &c. in unitate Ejuſdem Spiritùs ſancti Deus. &c.



Te Deum laudamus: vide fol. 25

OREMUS

DEus, cujus miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus, piiſſimæ majeſtáti tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorántes: ut qui petentibus poſtulata concedis eoſdem non deſerens, ad præmia futúra diſpónas. Per Dominum.

Ad Aspersionem Aquæ Benedictæ.

Asper-ges me.



Tempore Paschali.

Vidi a--quam.

℣. Ostende nobis Dómine misericordiam tuam.

Tempore Paschali additur:

Alleluia

℟. Et salutare tuum &c.

℣. Domine exaudi oratiònem meam. ℟. Et clamor &c
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et &c

OREMUS

Exaudi nos, Dómine sancte Pater, omnipotens, æterne Deus: & mittere dignèris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Oratio
Dicenda Feriâ ſecundâ Poſt Miſſam.
OREMUS.

COncede quæſumus, omnipotens Deus, ut qui protectiônis tuæ gratiam quærimus, intercedente beatâ & gloriosâ ſemper Virgine Mariâ à peſte inguinariâ & Epidemia, à ſubitanea & improviſâ morte, & ab omnibus malis liberati, ſecurâ tibi mente ſerviamus. Per Chriſtum Dñum noſtrum. Amen.

Oratio

Dicenda tempore Quadragesimæ post Meditationem

℣. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem.

℟. Mortem autem crucis.

Respice, quæsumus Domine, super hanc Familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum. Qui tecum Deus

Veni Creator Spiritus, (notae Fol 18)
mentes tuorum visita,
imple superna gratia
quae tu creasti pectora.
Qui diceris paraclitus,
altissimi donum Dei,
fons vivus, ignis, Charitas
et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
digitus paternae dexterae,
tu rite promissum Patris,
sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus:
infunde amorem cordibus:
infirma nostri corporis
virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
pacemque dones protenus.
Ductore sic te praevio
vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
noscamus atque Filium;
teque utriusque Spiritum
credamus omni tempore.
Deo patri sit gloria,
et Filio, qui a mortuis
[illegible] ac Paraclito,
[illegible] saecula. Amen.
V. Emitte Spiritum tuum [illegible]
R. [illegible] (Oratio Fol. 18)

Te Deum laudamus, te Dominum confitemur.
te aeternum Patrem omnis terra veneratur.
tibi omnes angeli, tibi Caeli et universae potestates.
tibi Cherubim et Seraphim incessabili voce proclamant
Sanctus Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.
pleni sunt Caeli et terra majestatis gloriae tuae.
te gloriosus Apostolorum Chorus.
te prophetarum laudabilis numerus.
te Martyrum Candidatus laudat exercitus.
te per orbem terrarum Sancta confitetur Ecclesia.
patrem immensae majestatis.
Venerandum tuum verum et unicum filium.
Sanctum quoque paraclitum Spiritum.
tu rex gloriae Christe. [illegible]
tu ad liberandum suscepturus hominem, non [illegible] virginis aeternum.
tu devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna caelorum.
tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris
judex crederis esse venturus.
Te ergo quaesumus tuis famulis subveni, quos pretioso
sanguine redemisti.
aeterna fac cum Sanctis tuis in gloria numerari.
Salvum fac populum tuum Domine et [illegible]
et rege eos, et extolle illos usque in aeternum.
per singulos dies benedicimus te.
et laudamus nomen tuum in saeculum, et in saeculum saeculi.
Dignare Domine die isto, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Oratio. [illegible]

Litaniæ Lauretanæ

Kyrie Eleison.
Christe Eleison.
Kyrie Eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de Cœlis Deus.
Fili redemptor mundi Deus.
Spiritus Sancte Deus.
Sancta Trinitas unus Deus.
Sancta Maria.
Sancta Dei Genetrix.
Sancta Virgo Virginum.
Mater Christe.
Mater divinæ gratiæ.
Mater purissima.
Mater castissima.
Mater inviolata.
Mater intemerata.
Mater amabilis.
Mater admirabilis.
Mater Creatoris.
Mater Salvatoris.
Virgo prudentissima.
Virgo veneranda.
Virgo prædicanda.
Virgo potens.
Virgo clemens.
Virgo fidelis.
Speculum justitiæ.
Sedes sapientiæ.
Causa nostræ lætitiæ.
Vas spirituale.
Vas honorabile.
Vas insigne devotionis.
Rosa mystica.
Turris Davidica.
Turris eburnea.
Domus aurea.
Fœderis arca.
Janua cœli.
Stella matutina.
Salus infirmorum.
Refugium peccatorum.
Consolatrix afflictorum.
Auxilium Christianorum.
Regina Angelorum.
Regina Patriarcharum.
Regina Prophetarum.
Regina Apostolorum.
Regina Martyrum.
Regina Confessorum.
Regina Virginum.
Regina omnium Sanctorum.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi.

[illegible]

[illegible]

Oremus

Defende quaesumus Domine, [illegible] Maria semper Virgine intercedente, [illegible] adversitate familiarem tuam corde [illegible] protectione ab hostium propitiatus [illegible] clementer [illegible].

[illegible] determinatum [illegible] caelestis auxilium [illegible] toto corde perquirunt et quae digne postulant [illegible] [illegible] Christum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible]

Oratio

[illegible] quaesumus Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere; et gloriosa beatae Mariae semper Virginis intercessione a praesenti tristitia liberari, et aeterna perfrui laetitia. [illegible]

Oratio
S. Cornelii P. & M.

Oremus

Infirmitatem nostram respice Omnipotens Deus, et quia pondus propriæ actionis gravat, Beati Cornelii, Martyris tui atque Pontificis, intercessio gloriosa nos protegat. per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. qui tecum vivit et regnat in unitate. Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum.

Orationes dicendæ in officio DEFUNCTORUM.

Pater noster... Et ne nos &. R. Sed libera
Requiem æternam &. R. et lux perpetua &.
A porta inferi. R. eruе Domine animas &.
Requiescant in pace. R. Amen.
Domine exaudi orationem meam. R. et clamor
Dominus vobiscum. R. et cum spiritu tuo.

Oratio

Deus qui inter apostolicos Sacerdotes, famulos
tuos pontificali, seu sacerdotali, fecisti dignitate
vigêre: præsta quæsumus, ut eorum quoque
perpetuo aggregentur consortio.

Feria 2da
Post laudes
et A porta &

Deus, venia largîtor, et humanæ salutis amator,
quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Con-
gregationis fratres, propinquos, et benefactores,
qui ex hoc sæculo transierunt, Beata Maria
semper Virgine intercedente cum omnibus San-
tis tuis, ad perpetuæ Beatitudinis consortium
pervenire concedas.

Fidelium Deus omnium Conditor et Redemptor,
animalus famulorum famularumque tuarum
Remissionem cunctorum tribue peccatorum:
ut indulgentiam, quam semper optaverunt

jus supplicationibus consequantur.
qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Requie
in die depositionis Defuncti, Oratio.
Absolve, quæsumus Domine, animam
Famuli tui N. ut defunctus sæculo, tibi
vivat: et quæ per fragilitatem carnis
humanæ conversatione commisit, tu
venia misericordissimæ pietatis abster-
ge. per Dominum nostrum &.
in anniversarie Die, Oratio
Deus indulgentiarum Domine: da ani-
mabus Famulorum Famularumque tua-
rum, quorum anniversarium depositio-
nis diem commemoramus, Refrigerii Sedem
quietis beatitudinem, et luminis claritatem.
per Dominum nostrum &.
Requiem æternam dona eis Domine. ℟.
Requiescant in pace. ℟. Amen

in andere heylighe wercken. Hugo groot goet daer upt te nemen ;

d2753